

DEDICATOR

ante obitum suum tum sunt studio-  
 sius cogitata, cū ipsa professione esset  
 Theologus, & ceteros, qui in Nouum  
 Testamentum extāt, Commentarios  
 ad finē perduxisset: reliqua verò iam  
 artè, cū nondum ex professo sacras  
 literas, sed ambas, Hebraicam nempe  
 & Græcam, linguas profiteretur, elu-  
 cubrauit, idq; unius anni & duorum  
 mensium spacio. Ex quo summa sa-  
 nè in hoc prestanti viro, & in studio-  
 sam iuuentutem pietas, & in docēdo  
 apparet industria, utpote qui non so-  
 lum duarum linguarum (quæ postea à  
 distinctis professionib. attributæ sunt)  
 professionem, collegij inspectionem, &  
 œconomiam simul magna cum laude  
 & totius auditorij nostri emolumēto  
 sustineret: sed etiam ut iuuentutem  
 optima in pietatis studio ratione in-